



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris,  
Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

1682. Idem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39173**

II. PARS Idem porrò P. De Hornes in iisdem Thesibus *ultrò* admitit ignorantiam Dei invincibilem etiam diuturnam. Sic enim habet in I. Conclusionem: Cùm hi discursus ( quibus probatur Deum existere ) non sint tam faciles, hominesque inveniantur in silvis enutriti adeò hebetes & stupidi, ut res minùs subtiles exemplis etiam propositas non capiant, facile conicies posse NON PAUCOS DIU INVINCIBILITER non assequi notitiam Dei perfectam: imò spectatâ tantùm naturâ humanâ etiam imperfectam, v. g. sub ratione omnium creatoris, gubernatoris &c.

## COLLEGIUM LOVANIENSE.

1680. PATER POLENTIER in Thesibus anni 1680. die 23. mensis Julii num. 13. Reprobos æterni propriè dicti ignis pœnâ puniendos, veritas est Catholica: illam verò pœnam peccatum Philosophicum, probabiliter non meretur.

## IDEM COLL. LOVAN.

1680. PHILIPPUS DE VOS doctrinam illam sustinuit in  
1681. quinque Thesibus publicis sub ipso defensis ab anno  
1682. 1689. usque ad annum 1683. è duabus, qua defensione  
1683. sunt anno 1682. prior, qua est mensis Julii, fusiùs rem explicat: Peccatum Philosophicum, ut vocant, seu quod contra legem naturæ cognitam committitur; at cum Dei ejusque legis ignorantia invincibili, nequaquam offensâ Dei formalis est, neque meretur pœnam sensûs æternam. In aliis brevius: Peccatum Philosophicum neque est formalis offensâ Dei, neque pœnas sensûs meretur æternas.

Idem P. De Vos in Thesibus anni 1680. fieri posse  
affir mat